



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvací, 1625

Seqvvntvr Qvædam Exempla, Ædificationis Gratia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

144 SERMONES AD NOVITIOS.

Lucas 18.

Lucas 16.

sancto. Non pr̄sumas de teipso, sed cum publicano pete misericordiam & veniam in pr̄senti exilio, vt in futuro merearis cum Lazaro habere æternā requiem & gloriā in celo. Quā nobis omnibus pr̄stare dignetur Iesus Christus Dei filius, ex Maria Virgine natus, pro nobis crucifixus & immolatus, qui cum Patre & Spiritu S. viuit & regnat Dens per omnia secula seculorum. Amen.

SEQVNTVR QVÆDAM EXEMPLA,
ÆDIFICATIONIS GRATIA.

1. Exemplum.

12. **Q**uidam religiosus frater domus nostræ, int̄edens celebrare Missam, priùs ex charitate visitauit alium fratrem graueriter ægrotantem. Rogavit ergo infirmus, vt pro eo Dominum in Missa fideliter oraret; vt si Domino placeret, iterum conualesceret. Tunc sacerdos misericordia motus, satis affectuosè & instanter opus charitatis implere cupiens, pium Dominum pro salute fratris orabat. Missa verò finita, statim ad infirmū iteratè accessit; & qualiter secum esset, interrogauit. Respondit infirmus: Deo gratias, sétio me melius habere ex virtute Missæ, quā pro me hodie legistis ex charitate. Post paucos dies frater ille infirmus recoualuit: & in sancta religione multū in deuotione proficiens, & deuotos libros & orationes sanctorum libenter legens, Dco disponente tandem post paucos annos ad prioratum electus est.

2. Alind Exemplum.

13. **F**rater quidam senior in conuentu nostro, quodam tempore graui dolore viscerum torquebatur; vt nec sedere, nec quietè dormire posset pr̄ dolore, quem intus patiebatur. Cumq; per totam noctem, & ferè usque ad meridiem sic grauaretur, nunc iacens, nunc se erigens, leuamen quereret, nec remedium inniret; venit ad eum quidam laicus deuotus visitandi gratia, & compatiens ei dixit consolando: Surgatis & veniatis tecum ad ignem, spero quod vobis proderit, sicut etiam expertus sum in meipso & in aliis, hac passione grauatis. Acquieuit illico frater monitis, & descendit de dormitorio doloribus nondum mitigatis. Venient ergo ad ianuam chori, aperuit ianuam, cupiens invocare auxilium Domini. Intravit itaque chorū, & prostrauit se flexis genibus ante summum altare super scabellum, in pr̄sentia Sacramenti. Cumq; coepisset orare in conspectu Domini, & ante sacras reliquias in altari conclusas; paulatim dolor quieuit, & accepta fiducia, prolixius orabat, donec omnis dolor cessaret. Tunc surgens, gratias egit Deo, & Sanctis eius, & S. Pantaleoni martyri Christi, cuius tunc festum erat, & quem sincero corde diligebat. Postea cum lætitia mentis altare circuiens, & ostium Sacramenti deuotè osculans, descendit ad reliqua altaria in Ecclesia posita;



misericordia Vir. Patre & Amen.
LA,
celebra-
tre gra-
minum
conua-
tuosè &
um pro-
iteratò
firmes:
pro me
nfirmis
ficiens,
, Deo
s est.
tempo-
e, ne
Cumq
r, num
in inue
z com
d igné
eipso &
itatis, &
eniem
auxiliis
enibus
menti
ras re
pta fi
ac sur
martyri
gebat.
Sacra
cclesia
posita;

posta, orans, & gratias agens : in tantumque conualuit, ut cum fratribus ad laborem & ad chorum codem die transire posset.

3. *Aliud Exemplum.*

14. **L**aicus quidam familiaris in quadam domo ordinis nostri, venit ad Ecclesiam causa deuotionis, vt oraret : sed diabolo tentante & pigritia præualente, cœpit ibidē dormitare. Cumque ad quiescendum deorsum se collocasset, vidit in somno reuerendam Dominam sibi assistentem, & hæc verba dicentem : Si vis dormire, surge hinc, & vade ad lectum tuum. Non enim locus iste factus est ad dormiendum, sed ad vigilandum & orandum in eo. Qui ex visione pauefactus, statim surrexit ; & culpabilem se cognoscens, aliis ad cautelam emendationis, ne in domo orationis dormitarent, ista narravit.

4. *Aliud Exemplum.*

15. **P**AUPER quædam muliercula, diligens quæ Dei sunt, frequenter Ecclesiam visitabat, & verbum Dei libenter prædicare audiebat. Quadam ergo vice de Ecclesia veniens, interrogata est, quid boni de sermone retinuissest ? Quæ breuiter respondens ait : Nescio vobis multa dicere, sed hoc bene audiui & retinui, quod de cætero nolo peccare. Bene & prudenter respondit, quæ fructum boni sermonis secum portauit, ne amplius peccaret. Vnde Saluator noster in Euangeliō deuotæ mulicri ait: *Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud,* Lucæ 11.

SERMONES IX.

AD FRATRES.

Sermonum ad Fratres argumenta.

D E abnegatione suipſuis, & contemptu consolationum terrenarum.	Sermo 1.
<i>De mœvre & consolatione anima in Deo.</i>	2
<i>De duplice compunctione anima, pro cœlesti patria.</i>	3
<i>De laudibus preiosa margarita castitatis.</i>	4
<i>De custodia castitatis.</i>	5
<i>Contra carnalia tentamenta.</i>	6
<i>De bono solitudinis, exemplo Christi & Sanctorum Patrum.</i>	7
<i>De bono silentij, & fructu eius.</i>	8
<i>De solitudine cordis, in qua supra se levatur anima.</i>	9

